

DE SANCTO ODULPHO,

PRESBYTERO ULTRAJECTINO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, reliquiis, & vita.

G.H.

CIRCA
DCCCLXV.



Eloruit seculo Christi nono S. Odulphus, cujus memoriam habemus inscriptam Martyrologio Ms. Ultrajectino Ecclesia S. Mariae, ante annos fere septingentos exarata, hisce verbis ad hunc XXI Junii: Trajecti natalis Sancti Odulphi, Presbyteri & Confessoris. Ubi, ad majorem loci notitiam, in Martyrologio Coloniae & Lubeca anno 1490 excuso legitur, In inferiore Trajecto; quod est Ultrajectum, ita appellatum respectu Trajecti superioris, ad Mosam situm. Non indicato loco cultus, refertur in antiquis Mss. Arrebatensi Ecclesia Cathedrali, Leodiensi monasterii S. Laurentii, Trevirensi S. Martini, Bruzelliensi S. Gudule, Leidensi quoque & aliquo alio Ultrajectino, pluribusque Mss. item in Martyrologio, sub nomine Beda Sapius edito, quod suppositivum esse hinc patet. At majus elogium in Ms. Ustardo, in Alsatia aucto, ita refertur: Eodem die, apud Trajectum Inferius, depositio S. Odolphi, Canonici monasterii Sancti Salvatoris: qui Frisiarum cum S. Frederico Episcopo suo iterato convertit: & quia ipsum benigne non audierunt, praedixit Darios super eos esse venturos, & multos Martyres in Frisia esse futuros: & sic factum est. Denique circa finem vitae suae monasterium in Frisia aedificavit, & mare illuc fore praedixit. Denique Trajectum rediit, & in pace obiit.

Memoria
in antiqui
Martyro-
logiis,

B

etiam mi-
nistris,

C

& variis
Breviariis,

Ecclesia in
Oultrien-
platea,

2 Similia elogia sunt in Ms. Florario, sed non adeo antiquo; in quo dicitur obiisse anno salutis DCCCLXV; nec non in Antuario Ustardi, à Greveno sub annum 1521 recuso, Molani Indiculo & Natalibus Sanctorum Belgii, Ghinii Natalibus Sanctorum Canoniorum, Arnoldi Wionii Martyrologio Benedictino, quem secuti Dorgauis & Bucelinus, & hic cum longissima encomio: verum prudenter omisit Menardus. Praclare explicat statum vitae Miraus in Fastis Belgicis, Ultrajectum, inquit, profectus, Canonici Sancti Salvatoris, vulgo Oudtmunster, qui communem ac velut coenobiticam adhuc vitam tunc agebant, se adjunxit: & à Frederico Episcopo in Frisiam missus, Stavriae Canoniorum in communi pariter viventium Collegium instituit, quod Andreas Cuquensis, xxv Episcopus Ultrajectinus, Benedictinis Ostbrouca evocatis postea attribuit. Hac Miraus: quibus finitio habet Molanus, unde intelligitur, quo fundamento adscripsit sit Benedictinis. Reperimus etiam à Congregatione Windesemensi Canoniorum Regularium, in Ordinario divini officii ad annum MDXXII excusa, ubi festum ejus sub ritu novem Lectionum, quod etiam à Canonici Regularibus Laceransibus sub ritu duplici celebratur. At ejus festum per totam provinciam Ultrajectinam, latissime extensum, solemniter celebratum fuisse, indicant antiqua Missalia & Breviaria quae apud nos plurima sunt, uti & Harlemense Breviarium Ms. atque etiamnum continuari indicant Officia propria provincia Ultrajectina hoc seculo cussa & recusa.

3 Est Oultjens-platea amplius oppidi instar pagus, in Ultra-Flackaena insula, inter Hollandiam & Zelandiam, quasi S. Odulphi Syrtis dicta, ibique fuisse Ecclesiam S. Odulphi dicant, indicavit mihi olim Jacobus de la Torre, Archiepiscopus Bhesimus & Vica-

rius Pontificius in dicta Provincia Ultrajectina, quod tum ex ore ejus annotavimus, Amstelodami ad Novum-pontem, vulgo de Nieubrugge, olim aedem fuisse S. Odulphi sacram, scripsit nobis Amstedamo anno MDCLVXXI Adrianus Cools, Societatis Iesu, summi Missionis Hollandiae Superior. Eidem dicant basilicam Canoniorum, in Loffensi diocesis Leodientis oppido, indicant Miraus & Molanus: qui addit, natum Oorfehotti in Campania Brabantia, ubi in parientum praedio extat ecclesia in ejus honorem; quae intra paucos annos, propter multitudinem & vagam habitationem incolarum, erecta est in secundam parochialem ecclesiam. Hac Molanus. At Stavira supra memorata, ejus veneratione & miraculis celeberrima, fuit quondam urbium totius Frisiae maxima, ditissima ac splendidissima, imo & Regum credita sedes, porre tunc supra modum commodissimo; unde opes cumulate luxum, insolentiam procerumque tantam generunt, ut quisquis nimis insolenter apud Frisos sese effert, communi proverbio, dicatur videri protervus juvenis Staverenis. Sed ex praesidio S. Odulphi cum dicta urbe sic actum est, ut paulatim fortunam amiserit; atque ita decreverit, ut vix oppidi nomen retineat, & pauci incolae captivam & navigatione vitam sustineant.

Amstelo-
dami

Oorfehotti

Stavira

B

F

corporis in-
venio per
revelatio-

4 Prae reliquis porro locis eminet cultus ejus in aede ecclesiae Sancti Salvatoris Ultrajectinae, in cujus coenobio solebant ejus aedes monstrari, his versibus inscripta, à Bouchelio in Notis ad Chronicon Joannis de Beke, in Africo Episcopo relatis. Odulfus, sacri quædam clara Brabantia ad Oirschot Misti ad hoc templi, has habitavit Presbyter aedes. Post mortem, in Ecclesia Sancti Salvatoris Ultrajecti sepultus, plurimisque claris miraculis. Ita Officia propria provincia Ultrajectina anno MDCLX recusa. Baldricus xv Episcopus seculo x, corpora S. Odolphi & aliorum per mysticam revelationem, adinventis: de quibus sanctis Patronis Trajectensem Ecclesiam gloriosius adornavit. Ita Beke & Heda. Ut tamen impleta fuerit Sancti propheta infra num. 10, oportet corpus ejus Staviram transfertum deinde fuisse, sed quando nescimus divinare, aut nem. quid denique eo factum sit. Ibidem venerationi publica olim solebant exponi sacra Capita SS. Frederici Episcopi & Odulphi Presbyteri: de quibus ad Ioannem Bollandum scripsit anno MDCLXIV Magnus vir Gisbertus Lappius à Waveren, Patrius & Iuris-consultus Ultrajectinus, cujus illustris mentio est in Appendice ad Chronicon Joannis de Beke pag. 122; & ex ejusdem Lappii memoris edita est Vita Wilhelmi Heda, ante Historiam Episcoporum Ultrajectinensium ab hoc conscriptam, & Nota ad Historiam Lambertii Hortensii, ante quam est Poëma Theodori Donsa ad ipsum Lappium. Sic ergo ista scribit:

5 Reficit mihi non unis litteris magnificus Dominus Nyhuysius memoriam tui, atque ingens circa Vitas Sanctorum studium... Huic opere tuae subsidia opera dare, ad laudem Sanctorum Dei, me deleat; & vel maxime de Sanctis patriae nostrae, inter quorum cultores ego me vel primum profiteor. Habeitaque à me geminam hanc inscriptionem, quam ego cum accusatione delineavi, cum

hæ